



Universitätsbibliothek Paderborn

Linda Mariana, Sive De B. Virgine Lindensi

Clagius, Thomas

Coloniae Vbiorvm, 1659

XI. Sacellum Lindense à Rudnicio Episcopo consecratur, & B. virg. M.
summâ animi exultatione dedicatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11544

C A P U T XI.

oi scriptos, Sacellum Lindense à Rudnicio Episcopo consecratur, & B.V.M.A.
RIÆ summi animi exultatione dedicatur.

Instauro Lindensi sacello, unum illud, quod o-
mnibus sacræ Ædibus, quasi sacræ cujusdam coro-
verunt. Quod in loco addi solet, adhuc deerat, Consecratio vi-
delicet atque Dedicatio. Obtinuit enim non in ve-
tere duntaxat Testamento, verum & in ipsa à Chri-
sto Domino instituta Ecclesia, jam inde à primis
Christiani nominis temporibus, constantissimus u-
sus, atque consuetudo; ut & recens extructorum, &
restauratorum postliminio Templorum Encænia,
non sine maxima populi Christiani lætitia atque ex-
ultatione agitarentur. Libet vel unicum ex omni an-
tiquitate exemplum, quod Eusebius ad causam no-
stram peraccommodum refert (^a) hoc loco memo-
rare. Posteaquam enim recensuit, quo pacto à Maxi-
mini aliorumque Tyrannorum obitu, Pax Christia-
nis, vel potius, ut Eusebius ipse loquitur, lux solis Ec-
clesia, ac Templi illustrior affulsi; continuò addit; Ex
quo aderat cunctis, velut divino munere infusa lætitia, ma-
xime videntibus ea loca, que paulò ante impiis Tyrannorum
machinis fuerant destructa, rediviva constructione clariora
& celsiora consurgere; Templaqne excelsa præ humilibus
conventiculis elevari. Deinde, & de ipsa Ecclesia-
rum consecratione ita scribit; Festivitates à no-
stris frequentissimæ agebantur cum omni latitia & ex-
ultatione, dedicationibus Ecclesiarum per urbes &
loca singula celebratis. Magnopere quoque Lin-
densis Ædis dedicationi prælufuit ac præluxit

(a) lib. 4. hist. c. 10.

T 2

82

exemplum Machabæorum longè illustrissimum. Ib
Templum à gentilibus, h̄ic ab h̄ereticis dirutum, &
in profanos usus conversum est : ibi à Iuda Macha-
bæo electi sacerdotes, qui mundarent sancta (a) hic Re-
giā, ut vidimus, authoritate, magnus sacerdos Ru-
nicius, manum cum suis, repurgando admovit loco.
Ibi edificaverunt sancta, & qua intra domum erant in-
trinsecu ; & Ædem, & Atria sanctificaverunt (b) h̄ic o-
mnibus intra Ædem sacram restitutis, unica defuit
Consecratio atq; Dedicatio; quam idē Pontifex, per
se tandem absolvit. Ibi facta est latitia magna in populo,
& aversum est opprobrium gentium (c) h̄ic Dedicatio
maximā omnium orthodoxorum gratulatione per-
acta est, aversumque opprobrium lectoriorum. Ibi
statutum est, ut agatur dies Dedicationis ab anno in an-
num per dies octo, cum latitia & gaudio (d) qui diestes-
tus accepit nomen Encænia, quod et jam in Evange-
lio retinet (e) alias, teste Iosepho (f) festivitas lumi-
num, vel etiam lumina dictus; Vocamus, inquit ille,
hanc festivitatem luminum, opinor ideo, quod ex inferno
illuxerit nobis tanta felicitas: h̄ic non tam annua, quam
perennis ac perpetua quædam, à populis undique
indies confluentibus festivitas agitur; quæ etiam fe-
stivitas luminum dici possit; quia per hæc Encænia
(quæ juxta Redanum (g) Initia sive Renovalia, si li-
ceret, appellari possent) & loco prisca religio atque
dignitas iterum affulsa; & populis in Cimmeriale-
tarum caligine juxta degentibus, Catholicæ lux ve-

(a) 1. Mach. 4. v. 42. (b) v. 48. (c) v. 58. (d) v.
59. (e) Iuann 10. 22. (f) lib. 12. antiqu. cap. II. (g) adi.
Mach. 4. §. 83. & seq.

itatis, quasi è Pharo quadam accendi atque lucere
hæreticis dirutis. Denique & à singulari, quæ in animis piorum
est: ibi à Iuda M. epente emicuit, gaudiū lætitiaeque luce, festivitas illa
rent sancta (a) illuminum fuit. Quæ quidem lætitiae lux, et si commu-
nus omnibus fuerit, Rudnicius tamen Episcopus il-
luminando admovit. Nam sibi præ omnibus singularem expertus est; aut
e intrā domum eum reliquis omnibus præcipuisse visus est. Vnum
Biblicaverunt (b) loc, inquit de eo Ciaritius (c) antequam universæ car-
ritutis, uocata
am idē Pontificis
latitiam agnoscit
um (d) hic Deum
marijuana
audio (d) qui da-
od ei jam in Eu-
(f) festivitas
Vocamus, in
deo, quod ex
on tam annua
a populis.

am sibi præ omnibus singularem expertus est; aut
erter reliquis omnibus præcipuisse visus est. Vnum
loc, inquit de eo Ciaritius (a) antequam universæ car-
ritutis viam ingredere tar, ille summo desiderio optabat; post re-
ceptum jam & expiatum Elbingense Templum, cultumq;
orthodoxæ pietatis in illud postlimino reductioni; post Regio-
montanum Romanae Religionis exercitium procuratum; ut
Mariana Tilia Oratorium cerneret restitutum. Vdit, ante-
quam Spiritum celo redderet, & immensè latus est; cy-
gneumq; illud ac divinum acroama, in quod Simeon quon-
dam, viso contrectatoq; in infantibus Deo proruperat.
exultante spiritu pius Antistes cecinit, ex mortalis vita eru-
mnis petens dimitti. Et satis se ad eam diem vixisse reba-
tur, vir immortali vita dignus, cum non solum, B.V. Orato-
rium eleganter reædificatum intueri; sed etiam illud Deo
Opt. Max. solennibus ceremoniis sacrare, & sacratissima
Virgini Mariae, Christiano ritu addicere, divino munere illi
concessum fuisset.

CAPUT XII.

Rudnicii, succedentiumque deinceps Episcoporum Varmiensium, in
B.V. Lindensem, religio, pietas, ac munificentia.

Defunctus longâ & diuturnâ jactatione Rudni-
cius, restaurato & dedicato jam Lindensi facel-
lo, in portu lecurus ac hilatis jam stabant yotorum;

T 3 pot-

(2) pag. B 5.